

22
21
20
19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1
0

banus. Hoc sacramenta nobis cum communicant quod in
illis minus mirandum est quae eorum quoque sacramentorum
ritu dispares esse uoluerunt sicut nescio qui serpentes
qui appellantur sicut manichei sicut alii nonnulli sed
illis ^{magis} aduertendum hoc magisque praedicandum
qui paria sacramenta celebrantes tamen quia sententia
dispares sunt & errores suos animosius defendere quam
cautius corrigere maluerunt. Exclusi a catholica com-
munionis & participatione quamuis parium sacra-
mentorum propria uocabula propriosque conuentus
non in sermone tantum sed & iam in superstitione
meruerunt ut Fotiniani & Arriani multique praeter
ea. Nam de his qui scismata fecerunt alia quaestio est.
Porro enim eos aetate dominica usque ad tempus ultime
uentilationis uelut paleas sustinere nisi uento super-
biae nimia leuitate cessissent & sese a nobis ultero sepa-
rassent. Iudaei uero quamuis unum omnipotentem deum
suppliciter solatamen temporalia & uisibilia bona de
illo expectantes rudimenta noui populi ab humili-
tate surgentia in ipsis suis scripturis nimia securitate
noluerunt aduertere. Atque ita inuidentur homine